



BL. 514, 43

II C
1800

X1853322

NICOLAI RUDOLPHI

Kittinga-Franci

Prima

Secunda

&

Tertia

ANAGRAMMATIS.

morum.

DECades.



VITTEBERGAE,

Typis Meisnerianis, Anno M. D C I.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)



IN ANAGRAMMATA
DN. NICOLAI RUDOLPHI
Kuttingensis.

Mne Dei donum fructus & commoda præstat,
Rebus ab exiguis Laus venit ampla Deo.
Vnicuiq; datum si pondo emergit in auras,
Ingens exili surgit ab arte favor.
Sublimes animi tantum sublimia tollunt,
Sæpe etiam parvis gratia rebus inest.
Si quis ob alterius concredita dona stupescit,
Horum laude volens cur stimuletur, habet.
Cœlitus in terras divina scientia manat,
Idem est, qui variè dat sua dona Deus.
Idem hominum novit tacitos inflectere sensus,
De thure ut parvo gratior afflet odor.
Eloquar? evolitas Clario NICLA E susurro,
Sat bene delituit, quæ bene prodit avis.
Percocco æternas Anagrammate lumina mundi,
Claros arte viros Musa perire vetat.
Phœbeas tibi quære dapes; tibi dentur honores,
Mecenate solet Musa vigere suo.

Balthasar Mencius M. Poëta L. Cæs. & Coll.
Phil. in Acad. VViteb. Adiunctus.

DECAS

KT DECAS PRIMA. VI

DATA ET DICATA
STRENUO AC GENEROSO
VIRO,
DN. LAURENTIO à MVNSTER,
in Braitenlohe, Ranningen, &c.

Domino Mecænati & patrono suo gratioſo.



N stupeſcentis tibi pertenellum
Ingeni lembum, tenuis Camene
Primulum fatum; Deus o coruscum
Nobilis Peithus, Themidosq; splendor,

Et Dicæfax clara benignioris!

Accipe hunc fatum; accipe, quem remitto
Parvulum lembum: Tuus iste fætus!

Est Tuus lembus! Tege, purulaq;
Fronte adoptatum comitare portum.

In Tuo gliscat gremio, regliscat
Gratiæ tutæ in statione; & ultra
Septa lingue transiliat malignæ!

A 2 A N A -

ANAGRAMMATA

L.

LAVRENTIVS à MVNSTER,
in Braitenlohe, Raningen. &c.

TV BONIS IN RE LENIS: VRGE LENITA-
TEM; EN, TVA ARRHA.



I quid licet dicere, nobile
MÜNSTERE solum vellem ego prosequi
Aus tui nomen: modo id fas
Dicere pertenui Camenā.

Sed ipse, Cleio cui male barbitum
Doctum recusat, conticeo; haud tuis,

MÜNSTERE, fax ingens Dynastūm,
Sat te animare typis valescens.

Ad facta Phæbi consona buccinis
In arduo pertendis acumine;

Es pace mitis, atq; LENIS;
Iustitiaq; tenax perennis.

Ae IN bonā RE retribuis sui
Cuiusq; juris pensa: nec es BONIS

Tenebriosus, aut bilingui
Circumagis bona facta linguis;

Sed arca mentis quem semel intima
Pronunciavit sensum; adamantino

Hunc vimine asservas, manesq;
Fixus in hoc validis catenis.

O grande pressis præsidium reis,

VRGE ampliorem laudibus inclutis

Parare famam, & LENITATEM,
Quâ rutilas, retine usq; & usq;

ENâ polari vertice talia

Lacina misit munera, & inress

Est ab Iehovâ mitioris

ARRHA tibi data lenitatis.

Hec

Hec sponsa, & hæc est nymphæ TVA; ad latus
Hanc tu sedentem amplectere, & oscula
Constanter applica: vicissim
Rebus erit tibi prompta cœptis.

II.

MARCVS GERSTENBERGIVS,
Cancellarius Vinariensis.

INTER REM ABIN' CHARVS IN LEGE,
IN CAVSIS CLARVS SVRGES.

Nobilis Aonidum cultor, præclare Themista,
MARCE, quis attonitas percutit auriculas
Mi^msonus, Aoniam de te certare cohortem,
Magnaque de factis jurgia ferre tuis?
Ille mihi satius est, primum sonat innuba Pallas,
Exornat doctis nam mea castra libris.
Suada sed atque Hermes, ubi vinnula verba loquela
Effundis; nostro vir satus ille choro est:
Consus at, innumeræque. Dices Themidosque, catervas,
Consilium ut præstas, dasque ubi jurareis,
Litibus immensis tete adscriptare senaclis,
Et gregibus cupiunt inseruisse suis.
Quid rear has lites? quid mutua jurgia ducam?
Dirimere an te non posse ea, MARCE, putem?
Scilicet exactè rerum servare tenorem
Doctus es, & rixæ murmur inane necas:
Dum parili quemcunque Deum, quamcumque Dearum
Ingenij flammam per venerare tut.
Euge vir; Ecquis cris studiorum hoc munere tandem?
Longius han: INTERREM studiosus ABIN'
Sic certe; nec frustra agitas; nam queque Dearum,
Quisque Deum studij flagrat amore tui.
Ego suo portat te digna brabeia senacio,
Atque comas meritis frondibus implicitat.

Illustriss:
Princip. D.
Dn. Friso
Vtilu. Du-
cis Saxon.
Or.
Cancel-
larius.

*Si colis hanc plebem, quis non IN L E G E sat equum,
IN C A U S I S dicat incidiū n e s s e tibi?*
C H A R V S es omnigenis rebus CL A R V S q u o d gerundis,
Et polus atq; tui flagrat amore solum.
Hinc quoq; Pierides sophiam, dederuntq; loquela m
S u a d a, H e r m e s, C h a r i t e s: j u s t i t i a m q; T h e m i s.
Quas ita si cultor venerabere strenuus arteis,
In g; suis casris postmodò miles eris;
Iam licet immenso vigeas in honore, deinceps
An quoq; non S V R G E S clarior inde magis?
Vive modo: quem D I cantant, satis ille relucet:
Quem ve fovent gremio, nubilis esse nequit.

III.

NICOLAVS REVSNERVS. VNVS LENIS CVRA REOS.

V. I. D.

Com. Palat.

Consiliar.

Saxon. P.

L. in Acad.

Ien. Profes.

p. & Dica-

steryj atq;

judic. prov.

Assessor.

Widerat in gremio Themidos te ludere Phæbus,
Splendida Cæsariae fama decusq; domus:
Widerat & rectè sua dicere jura clienti;
Ille statim, de hoc spes quæ capienda, refert?
Sed Themis: hic VNVS cur non siet ara reorum,
Ille REOS LENIS cum satis VNVS alit?
Hinc Phæbus: tali tu semper more clientes
CVRA, totius fax eris ampla poli!

IV.

NICOLAVS REVSNERVS Silesius.

LENIS ES IN CVRA; RES VSV SOLVIS.

Ex vili quero vulgo, REV S N E R E, quis esse?
Te confitetur juris esse consulem.
V. me vulgus iners implet dictante susurro:
Sit vulgi in aureis cogor absq; pulvere.

LENIS

LENIS ES IN CURA, miseri sub iure clientis,
SOLVISQ_E RES VSU, modesto antistite.
Ex vulgo ulterius iam nolo querere, quis sis?
Quod vulgus, hoc tuum dicit nomen publice.

V.

DONATVS BVESSERVS.
TV BONVS ESSE DVRAS.

 Ilicitum rebus famam compingere, tete
Quem res, quem dicat fama, BVESSERE, loquar. cr. Cæs.
Es bonus: VT BONVS es; sic DVRAS ESSE percinne;
Nec malus esse potes, nec malus esse cupis.
Scilicet est Suada, est Themis in te, est divus Apollo:
Cur hic esse malum te sinat ordo Deum?

P. I. D.
Com. Pal.
Civ. Ro-
man & Sa-
Maj. Pro-
curat. Ca-
meræ in
March. inf.
Lusatia.

VI.

DONATVS BVESSERVS.
TV VNVS SORDE ABES.

 Ic certè! pars juridici non parva senacli
Favore caussas judicat.
Maior at obscanae cæco-splendore moneta:
Et maxima adfectu suo.
Scilicet immensis hi se se sordibus implet,
Et distrahuntur in malum.
Clara Themistarum fax, te DONATE clientes
Curare queis putem modis?
An non auriculis rem cunctam carpere binis,
Et corde sincero arbitro?
VNVS in hoc igitur tu facto SORDE carebis,
VT pravâ ABES sententiâ!
VNVS & adfictos poteris nutritre clientes,
VT res aperte iudicas!

Judicio

*Judicio saltim, quo præditus, utere multum:
Secunda mi clues Themis!*

VII.

ÆGIDIUS HVNNIUS.
VNVS DIVINE AGIS.

S.S.Th.D.
Superinten.
G. Acad.
Wu.PP.



*VNNI, Theologæ gratissima portio Peithus,
Æterno cuius flore virescit amor:
Dum tibi commissas fidus florente sub herbâ
Pastor cœlesti nectare pascis oveis;
Dumq sacri Ambrosiâ libaminis imbuis, & nos
Culmen ad ætherium pertrahis ore tuo;
Dudum ego mirabar vireis: sed inaniter; ipsa
Res quia pergiscit notior esse mihi.
Nempè tuis, multo frangente labore, vicissim
Viribus addit opem cœlica Cura Dei.
Atq ubi Romanus currit Lupus obvius atrox,
Sive tuus Calvus, Teutonis ora, Canis:
Multimodos inter morsus, & dentium acerbias
Pressuras, validum te retinere cupit.
Nec satis: & dulcis largitur mella loquellæ,
Quando foves dociles pulpita ad ampla gregeis.
Scilicet impensis DIVINE viribus VNVS,
Omne agitas, quod AGIS; munere dante Dei.
Nec mirum! non esse hominum, sed cœlica facta;
Et Lupus atq Canis non negitare queunt.
Pergito felici iutari remige pressos,
Voce tuâ Christi perge beare gregeis.
Eccere, quid mea mens, quid de te corcula dicant:
Fortior est, HVNNI, Res tua, vox tua;
Quam vel Troiani validissima mania muri;
Sive sonus, clangens horrida ad arma, tubæ.*

DAVID

VIII.
DAVID MEISENV.
Senior.

NVDIS DEO VINEAM SERIS,
INDE MORIENS SIS VVA DEO.

MEISI, chare senex; dimidium mei;
Magni præco Dei; quod tua plurimos
Ætas florida-adhuc permeat in dies,

Cui non mens hilaris crepat
Plausu multisono? pol, Scythicam exteram
Si terram colerem, sive Thraces Getas,
Livoris rabie non ego livida

Possim munus ob hoc agi.

Nempè hoc muneris omne omnipotentis est
Et celestis Heri: fixa adamantino
Cuius verba poplis vimine fuseras,

Nodoq; Herculeo rata.

NVDIS veriloqui vocibus adsequi
Nostri dogmatis acrem seriem: ac Deo
Inter terrigenas nectareis favis,

Multo palmite floridam

Fæcundamq; Dei munere, VINEAM
Fundas: Atq; novas adsiduis SERIS
Plantas ausibus, & dulcibus entheæ
Nutris Ambrosia favis.

O te, cui tribuit Diva Triunitas

Tam præstare diu talia munia!

O te, qui potes has corde adamantino

Donorum exsequier viceis!

Ecquis postmodò eris, quando micantia

Mortis tela senes comminuent dies?

Cum claudent tremulos fata novissima

Iam-nunc-invalidos oclos?

Superint.
Eccles. Bud-
stadiens. in
Tburing.
Avus meus
maternus
piè obser-
vandus.

In terrâ aetherio quod tibi vineam
Heic plantasse Deo cura fuit, plagâ
Cur non Elysia SIS MORIENS DEO
Frondens VVamerisflua?

IX.

FRANCISCVS RAPHAEL.
CHARA PLENVS FRICAS.

Superint.
Eccles. O-
nolsb. in
Francon. &
Illustriss.
Princip.
ac Dn.
Dn. Georg.
March.
Brand. Cō.
fist. Eccle-
siast.
Assessor.



*Agni Principis intimum
Cor, FRANCISCE: soli splendida Francisci
Lampas, magnaq; portio
Peithus Theologæ; nescio, quei meus
Ardor serveat insolens
Iucundus igne tui: nescio, quas citò
Atè mens mea pendulas*
*Flagrans arripiat flammicrepas faccis:
Cum vidi semel, arsi ego:
Cum carpsi facilis mellisonos sonos
Audiu; citò flammae
Præsensi tacitæ tela cupidinis.
Et quando semel intuli
In Musam docileis contuitus tuam:
Nil, fervor nisi flammiger,
Mentis pertonitas continuit fibras.
Tu nempe usq; adeò poplis*
CHARVS terrigenis! PLENVS & entheus
*Aurâ, quod facis, id facis.
O qui CHARA sono pulpita melleo
Insignis: avidissimas
Qui mentesq; hominum vivificas libris:
Et dulcis animos FRICAS;
Succis dignus es heic nectareis frui
Inter perpetim homunculos;
Et vesici Ambrosijs lactelis favis!*

ABDIAS

ABDIAS VVICNERVS.
IN CVRA DIVVS BEAS.



Lim Pericles mellifluos sonos
 Cum musitaret juridico in foro,
 Et Tullius verbis sonoris
 Flecteret auriculas popelli:
 Vierg celso nomine claruit
 Fandi magister: Romulido hic gregi,
 Ille Attico: Suadela cuncto
 Dicta fuit residere in ore.
 Tu sed quis apte dicier heic potes,
VVICNERE, sacri dogmatis enthei
 Prælustris elator, potensq;
 In cathedrâ celebrare Ihouam?
 Ne tu Periclaeo quoq; pondere
 Loqui videris verba sonantia,
 Et Tulli tubâ, canorâ
 Pulpita cum decoras loquellâ!
 Et jure! Namq; ut numina cœlica
 Tulisse linguam credimus in foro
 Deprædicanti, cur sacratis
 Denegitent eadem facellis?
DIVVS pol es, cùm voce tuâ **BEAS**
 Concreditas **CVRA IN** gravi ovoidulas;
 Et entheo voceis favore
 Ante Duces animatus effers!
 Ac ceu Periclis vox fuit anchora
 Reis misellis: Sic tuus auxio
 Est sermo consolamenorbi,
 Dogmata vera sonans Iehova.

Illustriss-
 Princip.
 ac Dn. Dn.
 Georg Frid.
 March.
 Brand. Cō-
 cion. Auli-
 eus & Cō-
 fessorij Ec-
 cles. Onols-
 bacbi Af-
 fessor.

DECAS SECUNDA
AD VENATIONES
AMPLISSIMOS SPECTA-
TISSIMOS VIROS, SAPIENTIA,
rerumq; Experientia Excellen-
tissimos,

DN. COSS: ET RELIQVOS,
SENATORII ORDINIS
apud Kittingenses consti-
cuos &c.

Mecenates & patronos suos honorandos.



Ostræ spes patriæ ; Phæbiq; Dicaq;
disertæ
Amplacatervæ; faces splendidulae
Themidos:
Accipite, exiguo quem lusit Musa cothurno
Concentum, & dextris hunc capite auriculis.
Quamvis vilis, at hic vestris siet auribus aptus ;
Grandis erit vestrâ, quam date, gratiola,

N. R. K.

DECAS

B 5

ANA-

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMATA. I.

NICOLAVS STATMANVS. LAC STAT IN MVSA; QNVS?



Vos ego lacteolos in purâ mente colores
Cerno? quisvè tuo candor in ore micat?
Lac sedet, ô Statmane int̄e, mage sacrius illo,
Quo Olenia enutrit̄ diva Capella jovem.
Lac sedet in te, illo mage melleū, ab ubere manans
Lucina, stellas quād petit, æthra tuas.

Lac sedet in te confect & sanabile noxa:

Atq; valens miseris tollere menda reis.

Lac sedet in te, quod rem falsam abolere, sed æquans
Reddere, & ipsius scit retinere favos.

In M V S A L A C S T A T ; stat lac in munere cunēto;
Neve lac emulget, quale sit illud, O N V S .

Lactea mens tota est, totum est cor lacteum, & aust
Cuīscumq; sient, lactea pensa cluent.

Porrige lac populo. & laudis tibi mella reponet:
Lacteus hinc undā melleus atq; sies.

V. I. D.
& illustriss.
Princip. ac
Dn: Dn:
Georg. Frid.
March.
Brand. &c.
Cancel.
Iarius.

II.

NICOLAVS STATTMANVS. ALTUS NISV CASVM NOTAT.



Vi sua principibus scit reddere pensa laborum,
Et varia C A S V M noscere ritè rei:
Omnia quig; suo jure, & N O T A T omine facta.
Altus, & hic unus, dico ego, magnus homo est.
Sciueret hoc N I S V quod tu, S T A T M A N E , valescis;
An non heic verè magnus & altus eris?

B 3

NICO-

NICOLAVS STATMANVS.

(pro, alt. T, pon. R.)

CLARVS IN MVSA SONAT.

CVi benè commissi pondo cessere talenti,
 Depreciat Cræsum fænore talis homo.
 Qui benè suscepit filum perducit in ausis,
 Hic vere sortis antevolat rotulas.
 Et benè qui cæptas Musæ componit opellas,
Hic SONAT IN MVSA CLARVS & arte suâ.
 Testem laudo Mydam; Orbiculi cunctiq; tremorem
 Hannibalem; & Musam, docte Tibulle, tuam.
 Quois si viventis jam nunc homo consonet & vi,
 Statmanus fuerit hic nisi, disperiam,
 Illi cesserunt pondo, cessit ué talentum;
 Quo iam Principibus fenorat, & Ducibus.
 Hic opus aggressum studij tam ritè peregit,
 Arte suâ ut rutilet publica fama virûm.
 Ille etiam sacræ Themidi tam servijt & quæ,
 Principis ut Consul fecerit huncce Themis.
 Hæc duo, quem decorant, Statmani more; sat an non
 In vitâ CLARVS dicitur ille suâ?
 An vel commissum non hac ratione talentum,
 Aut sors, aut Musæ latius exit honos?

NICO-



IV.

NICOLAVS STATTMANVSc
Iureconsultus, Cancellarius,

(pro un. L. pon. S.)

IN ARTE CAVTVS ET CVLTVS MICAS:
AN NON SOLVS IS CLARVS?

Ndiq; Cæsariâ quid CVLTVS lege per orbem,
ET CAVTVS gemini juris IN ARTE MICAS;
Quid mihi duendum de te Statmane? Patronus
AN NON IS SOLVS CLARVS in orbe reum?

V.

DAVID MEISS, Filius.

VIS: FILVM DEI ADSIS.

Dexter uti, cum dividuum vult texere pannum,
Instrumenta suo queritat apta operi;
Et primo magnum filorum ex ordine acervum
Adglomerat, donec fila probare queat.
Donec & optatum possit pertexere pannum,
Atq; sui fructus adprientur opes.
Sic Eccl. siol& textor Deus ille fidelis
Instrumenta sibi commoda in orbe petit.
Et primo ingenti multorum ex orbe virorum
Aptam textur& congeriem adglomerat:
Pluribus & modulis illum expertitur, adusq;
Firma sit; & regno non in honora suo.
Ac quia non paucis te opifex, VIR CHARE, probavis
Ritibus; en, & dis reddere præco suæ.
Si Vis ergo DEI, velutes, præco esse fidelis,
Officij durum non patiâre globum?
ADSIS tu FILVM textori sâpè probatum:
Æternog; geras munera grata Deo,

Phil. &
Optim. Art.
M. Illust.
Pr. D. Dn:
Frid: V Vilu.
Ducis Sa-
xon. Con-
cionator
aulicus,
Avunculus
meus piè
colendus;

Fax

Fax proceram siquidem FRIDERICVS munere tanto
Gaudet, & exoptat te monitore regi.
An, quem muneribus numen prætexuit istis,
Aptus textori non satis ille suo est?

V I.

PETRVS SCIPIO
CVPIS? RE POTIS.

M. D. &
Patrie
Physic. so-
lertiß:



Eger eram, de plebe mihi vox percutit aureis:
Quod melius valeam, Scipio caussa fuit.
An CVPIS, hic inquit, tetro revalescere morbo?
RE POTIS est verbo mox adaperta fides.
Æmula canities cur non dicare Galeno.
Si tua tam verbis apta medela suis?

V II.

GEORGIVS RVDELIVS.

I, RVDE VOLGV REGIS.

Phil. &
opt. Art. M R V D E L I , Aonio ex vado
apud Kit- Doctam notitiam quod satis hauseras,
ting. Vir Et queiscumq; locis modum
primarius, En VOLGV S RV DE , & inscium,
Senatorij Spe nutrit e tui se cupit, & tuo
ordinis cōsp. Spectat consilium in sinu!
& Reip. Illi reffugium Tug; potrocin I
studiosissi- Firmum præsidium clues.
mus &c. Patronus Neu pol res alia est in Patriâ Tua,
honoran- Qu im quæ fluctisno in mari
dus. Navarchi, & tremule nivicula Ducis?
Hnc rem tu usq; fideliter,
Vt fas, utq; dicit, conde tuo sinu.

I, jamq;

I;jamq; ut GERIS, inscium
Volgus prævalidâ consilij fide
Et Forti auxilio juva:
Promptum rursus iners volgus erit tibi.

VIII.

GEORGIVS GADAMERVS.

DVR OS VI AGAM GREGES.

Heu, dolendum est! multus homuncio
Iuris recusat scita: Protervitas
Cervicis acris plurimisq;
Imperitat populis in Vrbe.
O durimi plebem ingenij & GenI!
Num tanta res est, morigeram & piam
Ductare vitam, quo gubernia
Ferre p̄ij imperij retrectes?

Ecquid futurum duxero, supplicis
Hæc ausa si non durima persequar,
Cum persequi cælo in superno
Me velit omnituens Iehova?

DVR OS AGAM hos VI Samsoniâ GREGES,

Et fortiori pectore pertraham

Adfræna capta, ac turbulentos
Nequitiae reprimam popli ausus!

Tu Iova saltim, Rector Olympij
Tractus, gubernis da solidam fidem:

Mox durimâ cervice pressâ
Lenior urbis erit popellus.

Apud Kit-
tingens.
Vir ibidem
primarius,
Senatori
ordinis con-
spicuus &
Reip. Stu-
dioß. Gc.
Fautor
meus colen-
dus.

C

SIMON

IX.

SIMON SCHVVALBIUS.
HIC LAVS; VBI SOMNVS?
VBI LAVS CONSVMIS?

Civis pri-
marius
apud Kit-
ting.
Mecenas
calendus.

SVLVIUS in somnis assatas segne columbas
Oscapit, & nulli Fama sopore venit.
Magna labore gravires indiget: atq; labore
Gliscit in æternâ fama secuta cedro.
Splendidulè clarat Virtutis adorea, parta
Sudore; & cuivis chara perennè micat.

Tu mihi testis eris, SCHVV ALBI, quem parta labore
Eximie clarum LAVS super astra vehit.

Edepol HIC somno depulso ritè reluces!

SOMNVS VBI cedit, quem rude vulgus alit:
Scilicet invicto tituli CONSVMIS honore,
Et, splendescit VBI LAVS tua, somnus abest.
Vtere laude tuâ schvvalbi: & ceu magnus es ipse hac,
Landis amans etiam sit tibi charus, age.

X.

GEORGIVS BALTAVIUS.
VT AGRI BOLVS VIGEAS.

Diagon. Ec-
cles. apud
Kitt. &c.
amicus co-
lendus.

MULTIMODOS ut BOLVS AGRÌ, cum tempora veris
Ad properant, flores progenerare solet:
Almaq; se multo vestit cum cespite tellus:
Heic ager, heic florent gramina, floret humus:
Sic post innumera tristissima tempora curæ
Continget tandem lenior aura tibi:
Et, quia floridulâ profaris voce fehoram;
Flore caput cinget perpetè Iova tuum.
Auguror en! VIGEAS celesti rore perenne;
Celesti Patriam nectare quando foves!
Annue Christe: isthac da frunde virere ministrum:
Et procul à Brumâ præcosit ille gravi.

DECAS

DE CAS TERTIA.

AD

EXIMIUM ITEMQUE
SPECTATISSIMUM VIRVM
prudentiâ, integritate, Humanitate
& auctoritate præstantis-
simum,

Dn. MARTINVM HEROLDVM.
Cænobij apud Kittingenses præfectum
fidelissimum:

Fautorem & patronum suum debitâ observantia
prosequendum.



N, tibi, Consilij fax ô nitidissima,
abortum

Ingenij, peperit quem modi Musa
levis.

Est levis & vitis: sed si MARTINE, coruscâ
Splendorem mittes sumere luce tuâ;

Ne satis ille faceis poterit redolere Selene;

Clarior aut Phæbifax sua sole cluet.

Accipe, & ingenij fætum comitare serenâ

Fronte: quod exoptat mens mea, sponte dato.

Nicol. R. K.

C 2

AD

AD DOCTVM ET POLITVM
Anagrammatistam,

Dn. NICOLAVM RVDOLPHVM,
Francum, &c.

Anagrammatistam
NICOLAVS RVDOLPHVS
CHARVS IN POLO LVDVS.

Ovid 2. Fastor.

Et memorem famam, qui benè gessit, habet.



HARVS est LVDVS, riguis in hortis
Flosculos blando tetigisse palpo:
CHARVS est LVDVS, citharæ senoras
Tangere chordas:
At magis CHARVS, magis atq; clarus
IN POLO, LVDVS, pede sublevato,

Ad latus junctâ tereteis choréas
Ducere Famâ.

Dignus est tali meritò triumfo
IngenI lusus tuus, ô RVDOLPHE
Docte, quo Summos super astra vectas
Alta Patronos

Perge sic deinceps (quid enim timescas
Zoili morsus?) satis est HEROLDI
Nomen Heroum Tibi cum Camenis
Anchora tuta.

Johannes V Veichselius

VVildenreütensis Palat.

ANAGRAM

ANAGRAMMATA.

I.

MARTINVS HEROLDVS.

NIL EST AMOR DVRVS.



Nobſquentem nemo potest gregem
Ductare, ceu Lex Imperioſa vult;
Qui vera plebiſcita nondum
Addidicit docileis ad ungues.
Vſu perito ſcilicet, & modo
Opus t gerendi publica munera:
Durum nimis, regem vè Lenem
Publica Res liquido retrectat.

Non, ſi rebelli murmure creditis
Sceptris refiſtit, protinus eripit:
Palpatione lenitatis
Sed capitur, tacito capistro.

NIL q̄ EST in illum, qui male-pendulo
Filo rependet, DVRVS AMOR: levis,
Amore duro quem gubernas,
Lora fugit populus protervè.

HEROLDE, Cura haud infima Patriæ,
Verè Promethei quem manus emula
Gravi in figurâ pinxit, atq;
Ducere perdocuit popellos:

An non paternum rite tenes gregem
Ductare, & ut res vult, moderarier
Datas catervas, ſive leni
Sive necesse gravi labore

Huius tenoris consolidâ fide
Perge usq; poplum prosequiri: tibi
Grata vice addictus fidele
Offeret officium popellus!

C 3

GEOR.

II. ADONIA
GEORGIVS REVMANNVS,

VNO GNAVVS REM GERIS:
GERMANO VRGES IN VSV.

Civ. primar
apud Kitt.
susceptor
meus dile-
ctiss. & pie
observan-
dus.



Cilicet immense populo qui perplacet urbis,
In rebus magnis dicitur ille suis.
Quod, REVMANE, viges hoc ritu GNAVVS IN VNO,
REM GERIS, eternæ quæ cluet apta cedro.
Scilicet apprime GERMANO magnus IN VSU,
Apia viris cunctis, munera tanta facis.
Postmodò tu saltim hoc Vrge; jam gnarus ut VRGES:
Non homo nominibus, Semideus sed eris!

III.
BALTHASARVS MENCIVS.

HEM, CLARVS VNA STABIS.

(ad libellum suum, De Ducibus Saxoniæ.)

Opt. Art.
M. P.
Laur. Cæs.
& Colleg.
Phil. in
Acad. VVL-
teb.
Adiunctus.



Ecquid ais, M E N C I, sunili qui more Dynastas
Cæsareos celebras, Saxonicosq; Ducces?
Angens illa tua pensis claratur opellæ?
Clarior an factis redderis ipse suis?

Vcanus celebri Romanum carmine Martem,
Curius & scripto narrat Amyntiadæ.
Dumq; celebrando facti clarata figura est;
Authorem clarum fecit utrumq; labor.
Sed dubito, sit Dux, an scripti clarior author:
Alter ut alterius claret ab officio.

HEM

HE M, quod ego! CL ARV S tua Dux, Cæsarq; per ausa est:
Hos per tu, Menci, sat quoq; in orbe nites.
Et merito! quod enim per te claratur, in illo
VN A etiam STABI S. CL ARV S & ipse satis.

IV.

IOANNES RVDOLPHVS.

VNI PLVS HONOR ADES.

EN, HONOR PLVS VADIS.

PLVS IN HONORE SVDA.

DAt tibi laudis opes, cui pronas reddis opellas,
Münsterus vera Nobilitatis apex.

Scilicet in factis A D E S huic, rebusq; gerundis;

Officijsq; V N I promptus es, ecce, tuis!

Hinc HONOR emergit PLVS quam mansurus in evum;

Ac populo vernans diceris ipsus H O N O R.

EN, si PLVS isthoc præclaræ nomine laudis

VADIS, & officij munera rite geris:

Quem, rogo, te tandem proclamet Nobilis HEROS?

Nonne vel invitâ morte superstes eris?

Ta modo post gnave SVDA hoc in munere Honoris,

Cum famâ deges PLVS IN HONORE satis.

Nobilissi-
mo & stre-
nuo Lau-
rentio à
Münster
&c. à lite-
ris. &c.
Patruus
meus colen-
dus.

V.

CAROLVS NEVMAIERVS.

CHARVS MANES E RIVVLO:

NIS V CHARVS, VEL AMORE.

Chara tibi, quæ Musis Chara: figuris

Hinc non inique Charuli depingeris.

CHARVS es orbiculo: non murmur in anè susurro;

E Phœcidis CHARVS novensili choro.

Chara

Chara tibi Phæbe est : huic charus A M O R E vicissim ;
N I S V V E L uno mutua est hæc charitas.
Cætera quid dicam ? mellitæ C H A R O L E vocis
E R I V V L O polo & M A N E S charus solo !

Paulò aliter.
LAC IN VERSV, ORE MVSA

C H A R O L E quod licitum ; quæ sit tibi rescula , quaro ?
Verbula de cunctis Francicus orbis habet.
Vivit hic : at negitat , V E R S V nisi Musica vivat :
H u i c e L A C I N V E R S V , Musica in O R E sedet .

VI.

LEONHARTVS ANGELVS.
NON LARVA: THVS LEGES.

Poët. Lau-
reatus &
S. S. L.L.
Stud. Vitеб.



Vreis iniquè plebs logivendula
Mihi susurro multiplici ferit ;
Quòd Laureâ cinctus per orbem
M A R C V L V S ingrediatur amens .
Quid ipse ? vulgo dissonus in mare
Portare mando murmur : & hæc fero ;
Larvâ per urbem tortuosâ
M A R C V L V S inpositâ vagatur .
Et iure ! Larva est ipsius , & impari
Si metra verbo iungit , ab improbo
Retrimina eructantur hirquo ;
Sicq; suam redimit corollam .
LENHARTE , scis quid sentiam ? in aureâ
Metri quòd æquas verba politie ,
Quis frondibus , LENHARTE , dignus
Laureola neginet capillos ?

Mittamus

Mittamus ista ludicra Marculi;
Embata No N e s L A R V A ; poëtico
Sed TH v s sabæum fugis ausu;
Sicq; meres tibi ferta Lauri.
Larvatus esto, Marcule ; cui dedit
Plebs bruta Larvam : Laurea tu LR G E S
LENHARTE ferta , dante Phæbo,
Carminis attribuente nisu !

VII.

IOHANNES GEORGIVS HOCH.
staterus.

OS IN SVIS HONESTA GERAT:
HOC VRGE.

 Eriò uti fugio rodenti murmure vulgus ;
Sic facilem linguae me paro, I A N E , tue .
Scilicet O S , novi, de me quod H O N E S T A voluet :
I N q; S V I S verbis nil nisi salva G E R A T .
Sufficit H o c ! si subjicerem, tu graviter V R G E ;
Tota tibi facilis Francia , I A N E , foret .

Poëta Lau-
reatus. G
S.S-Theol.
studios.con-
terraneus
charissim.g.

VIII.

NICOLAUS VISCHERVS.
HIC E SVLCO VIR SANVS.

 Ublica fama canit : Themidi te scindere sulcum :
Hocce quis E S V L C O tute futurus eris ? (olim est :
Dicta refert eadem : Themidi V I R S A N V S H I C
Credere mi dubitas quo tibi fama canit ?

Carolstad.
Franc. G
lene S.S.
L. L. stud.
Amicus G
frater cha-
rissimus.

D ALITER

ALITER.

HVC NISVS VERIS LOCA,
LOCVS HIC VERI SANVS.



Tebar variâ indagine plurimum,
Quo concors regeret limine veritas?

VISHERE, adiculis oris in arduis.

Regnare experior tui.

Mox clamo; heic habita, qui cupis abditum

Verborum eloquium! sedulus HVC LOCA.

NISVS, qui numerum vocis Asotice

VERIS credere vis VIRIS!

An non efficitur præcipitantia.

Verborum LOCVS HIC SANVS, & eloqui

VERI consensus: an sanius oribus

Veri limen erit tuis?

ALITER.

NICOLAVS VISCHERVS,

Franco.

CVRA FLORES: HIC ONVS VINCAS.



Ars juvenum plorat, studij pars pondere gaudet:

Alteri & est durum: sed leve & alteri onus.

Quod CVRA FLORES, sit ONVS sufferre benignum:

VINCAS HIC CVRA, quicquid habebit ONVS.

Artis Toët.
& S.S. Th
Stud. VI.
sebergæ,
Amicus in-
timus.

IX.

IOHANNES VVEICSELIUS,

I, HEIC NON LEVIS ES AVSV.

Fragrosos quod Pindi audes transcurrere clivos,

NON LEVIS HEIC AVSV cursor Es; augur ero.

Hand

Haud piget: hoc ritu qui primis ivit in annis,
In senio Musis ille præesse potest.
Ampliter Ignave: vult ire per ardua vates:
In Pindo speculum quondum habeare Deum.

X.

CASPARVS HETSNERVS.

RE SANVS: THVS CARPES.

 Vantus in spinis honor est rosellis;
In vado Nymfis teneris Hyante;
Quantus in stellis rutilæ Selena,
Sidere Phæbo:

Tantus in nostris Tibi Amos amicis;
Tantus in nostræ fidei senaclo:
Sive pocillum mihi, sive & illud
Iunxerit Album.

SANVS in rebus moderaris aureis:
Et quod arcanum est, simulas tenere:
Ing RE cuncta catus es tenori
Reddere opellas.

Plura quid de te referam? examus sine
Scis amicorum Fidum referre:
Perge, THVS gratum fidei, atq; amoris
Præmia CARPES.

Pbil. &
Optim. Art.
Mig. VVe-
senburgensia
Fr. Gc.

D 2

In

In decades Anagram.
NICOLAI RVDOLPHI,
KITTING. FR.

Nondum Germanis emaret vena Poëtis,
Cura quod immense quotidiana probat:
Ille tibi curtas Flaccus consurgit in odas;
Hic elegis Naso, qui tibi certet, erit:
Atq; hoc est certe, quod in hoc se turbine rerum
Germanis merito jactitat ipsa suo.
Cedite vos veteres: crescendi copia per vos
Ut possit tandem vatibus esse novis.
Namq; hic est huius fatalis circulus ævi:
**INTEREVNT VETERES: SVRGIT
IN ORBE NEPOS.**

Ioh. Georgius Hochstaterus,
Kitting. Franc. Poeta Laureatus.
S. Th. studios.

AD NICOLAVM RVDOLPHVM,
FRANC:

Anagrammatum Decades publicantem.

Tam faciles dextro qui fundis Apolline versus,
Nonne comis facerent laurea ferta tuis?
Tam lepido pangis qui scita anagramma nexu,
Auri muneribus nonne onerandus eras?
Sed tibi nè lauri speres de fronde corollam.
Namq; ea Germano rara vire scit agro.

Thm.

Tum vatum est ea luxuries ut ferta cuivis
Vix arbor posset suppeditare jovis.
Nevé aurum speres. Ad tempe Helicinia nuper
Eximios inter lis fuit orta viros :
Cum pleriq; inopes habeant res , juréne vates
Possit distentos ære habuisse cados ?

Ioh. Neubauerus Pegnisseur Fr.

AD DN: NICOLAVM RV-
dolphum, Fr.

 Vid didicisse, nisi hoc fermentum, quæq;
tibi intus.

Vena Poetifici pollet adulta meli.
Exierit? sapiunt sic nunc solemnia vates,
Sic verrucosum hoc in labijs natitat,
Ut capiti cano non hæcce pericula possis:

Pellere, nec tepidis verba ligata plicis.
Omnes laureolam querunt mustaceo in illo ;
Sic miser as libitum excarnificare nigri
Mellonis chartas fusi lolligine succi,

Quas sibi nec curto Chærilus assē paret.
At Tr qui eloquium nectis vocale canoro
Pollice Apollineicum gregis invidiâ,

D 3.

Quiq;

*Quique poëtificis scis impallescere metris ;
Illud Aquinatis nec te adeò fatuum
Scribendi cacoëthes agit, laqueoque coarctat:
Non reses in tali sis studio & studio:
Qui juvenis laurum mordere occapsit : eundem
Non fascum cano querere habet capite.*

Iohan. Zetsnerus Byruthinus.

Corrigenda.

In I. Decade.

Pag. 2. in Dedicat. vers. 3. pro Deus l. Decus.
Anagr. 2. v. 26. p. jucidium. l. judicium.
A. 4. v. 4. p. Sit. l. Sic.
A. eod. v. ultim. p. lactelis, lacteolis.
A. 10. v. 15. p. Tulli, Tully.
A. 10. v. antepen. pro aux. l. anxiō.

In II. Decade.

Anagr. 1. v. 3. p. intel l. in te
A. 4. in nomine Stattmannus, dele in fine e.
& pon.
in margine A. 5. p. Optim. l. Optimarum.
A. 7. v. 4. p. imbeberas. imbib.
A. eod. v. 3. p. potrocinI, patroc.

F I N I S.



AK 11c 1800



